



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXVII. de Regulis Cancellariæ producendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

formata, utpote contra consuetas formas Cancellariæ, vel quando non sunt conceptæ juxta signaturam, eas remitti, etiam de partibus solere ad Cancellariam, ut corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fieri, nisi producto signaturâ sumpto, ut ex eo videatur, an saltem in substantialibus discrepent, sicq; Judex seu Officialis videant, an bulla reformari debeat, nec in hoc opus erit partis citatione, ex opinione Rebuffi in *praxi tit. de Reform. & Cancell. lib. 8. Flam. Paris. tract. de refig. benef. lib. 8. q. 7. n. 190. & seqq.* & tunc Officialis ponit in plica bullæ *Correctum fuit in Registro per me N.* & si error processit ad abbreviatore, corrigitur gratis, ut docet experientia. Cæterum quod in reg. dicitur per præoccupationem, intellige, quando per præoccupatam gratiam vel favorem litteræ non bene expeditæ fuerint.

M. *Non potest regulariter*) An Judex suppleat ea quæ sunt ex actis apparentia, nisi obijciantur a parte, vide Boer. *decis. 344. gl. in l. sicut verbi facultatem ibi dicitur. & dicitur C. prescriptio 2. p. q. 5. Guido Papa Decis. 221. Zazium in l. jus dicenti n. 10. Juris. d. om. illud.*

ARGUMENTA IN REG. XXVI. INNOCENT. VIII.
PAULI V. REG. XXVII.

- | | |
|--|---|
| 1. Regula Cancell. mutantur pro varietate temporum. | 9. Extravagantes an sint producendæ quid in sententia contra eos lata. |
| 2. Judicare non debet Judex, nisi secundum bullam expeditam. | 10. Papa mortuo an sint producendæ reg. Cancell. |
| 3. Quæ reg. sint dandæ & quæ non: & quomodo sint petendæ. | 11. Parcus unde dicatur. |
| 4. Regula Cancellariæ semel producta in una causâ fidem facit in aliis. | 12. Tenor Constitutionis sive regule rest probari per testes. |
| 5. Quando verbum aliquod, quod non inducit necessitatem ponitur in materia dante reg. vel certam formam, tunc importat necessitatem. | 13. Regula Cancell. plerumq; per fœdifices immutantur. |
| 6. Quomodo regula Cancell. fidem faciant in partibus. | 14. Regula de dandis sub plumbis dicitur extrâ Curiam. |
| 7. Sententia lata in partibus vigore regule Cancellariæ contra dispol. hujus reg. est nulla. | 15. Regula in una causâ producta potest in alia repeti. |
| 8. Regula Cancell. quæ notæ sunt, producere necesse nō est, dum probentur per testes. | 16. Consuetudo in uno judio probata in altero inter concives potest produci. |
| | 17. Regula concernentes expeditiones litterarum non faciunt fidem extrâ Curiam. |

Curiam.
18. Sententia lata in partibus cōtra reg.
Cancell. an sit nulla.
19. Decretum irritans in reg. habet taci-
tiam conditionem; si is cujus favo-

rem respicit; uti voluerit.
20. Limitatur hæc reg. ut non procedat
in regulis notis & consuetis; quæ per
pragmaticos probari possunt, vel per
Codices in Urbe impressos.

REGVLA XXVI. INNOCENTII VIII. *Quæ est PAVLI*
V. XXVII.

DE REGULIS CANCELL. PRODUCENDIS.

Item attendens idem D. N. quod super habendis de Cancellaria A-
post. regulis & constitutionibus inibi descriptis faciliter per illos; qui
in Romana Curia indiguerint; ad ipsam Cancellariam recursus dirigi
possit; nec consultum foret; quod super earundem regularum & con-
stitutionum; quas juxta occurrentium varietatem causarum & negoti-
orum aliquoties immutari convenit; probandò tenorem vel effectum
aliquibus pterumque tenacem memoriã non habentium dispositionibus
faci de beret; voluit; statuit & ordinavit; quod deinceps quilibet ex
iudicibus causarum Palatii Apostolici & aliis (etiã si S. R. E. sint
Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostoli-
ca; iudicibus; etiã causis actu pendentibus super huiusmodi tenore
vel effectu probando dimtaxat stet; fidemque adhibeat scedula sive
scriptura de super à duobus de majore Parco; quod danda sit à tergo sig-
nata; & etiã à duobus aliis litterarum Apostolicarum Abbreviatori-
bus in ipsa Cancellaria auscultata; & Vicecancellarii seu dictam Can-
cellariam Regentis manu subscriptæ; ut est moris; quicquid autem se-
ntentari contigerit nullius sit roboris vel menti.

GLOS.

Handwritten notes on the right side of the page, including the word "CANCELLARIA" and other illegible text.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula disponit quod quilibet Iudex in Curia Romana stet Scedula, vel Scriptura dicitur Abbreviatorum de Parco majori, super tenore cuiuscumque regule, & retro eam signatur, quod danda sit illa regula, & subscripta manu duorum Abbreviatorum, etiam de minoris parco, quod est, ancillata & subscripta à Vicecancellario, vel à Regente Cancellarie, si quicquid contrarium factum fuerit, sit nullum. Hoc dicitur: & ratio decidendi sibi incipit: quia aliquando mutantur regula Cancellarie pro varietate temporum &c. & non dicitur de affin. & consan. ideo videtur quod legitime sit quod hic dicitur. Et ratio dicitur fuit, quia facti erat, quod in presentia Principis haberetur illa regula inter alias regulas Cancellarie: imo non deberet fieri fides de ea: quia ex quo reperitur inter alias regulas, presumitur esse de regulis, sicut quando dicitur, an aliqua sit decretalis, si reperitur inter alias, presumitur decretalis: sicut monialis presumitur reperta inter alias moniales, ut dicitur glossabilis in sum. 19. distinctione & sic videbatur de regulis.

Sed sciendum, quod quedam regule ponuntur ad iudicandum Bullas, & ille non sunt danda in iure: quia iudex non debet iudicare, nisi secundum Bullam jam expeditam, & alie regule ponuntur ad errorem. videlicet, quod infra sex menses expediantur Bullas, alioquin non valet signatura: & similes regule non sunt dande. Alias concernunt merum iudicium, ut supra regula proxima, & regula infra proxima: & tales sunt dande, & de fin. locum in regula: & praticatur hodie sic: quando unus indiget regula, facit supplicationem, & dicitur Vicecancellario, & legitur, si est danda, & tunc ponitur proemium regularum & una dicitur regula prima, & postea ponitur illa que petitur, & deinde publicatio regularum &c. Et dicitur proemium & alia regula, ut videatur an sit de regulis: ex quo inter alias reperitur de xx: sed si est talis regula jam producta coram uno auditore, tunc postquam est registrata, & rarius illius producit eam in alia causa tua, si dederit illi duos carlinos, & semper facit, quia jam semel est satisfactum huius regule &c.

Et quia hic dicitur quod Iudex stet Scedula &c. in modum de quo hic dicitur, an sit de iudicantibus quod hic dicitur: quia videtur hoc relinquendum arbitrio iudicis: & certe dicitur quod aliter fieret, non valeret, ut hic dicitur: nam quando aliquod verbum quod non inducit necessitatem, ponitur in materia dante regulam, vel certam formam, tunc imponitur necessitas, ut dicit Bal. in l. Gallus in n. coll. ff. de lib. & posthum. & allegat gloss. ibi. Et quo inferitur, quod si statutum dicitur, quod iudex potest inquirere de certis criminibus &c. quod tenetur inquirere, & sua auctoritate iudicabit per predicta.

Item circa hanc regulam sæpè dubitari, quomodo possit unus habere regulas Cancellariæ ad partes, ut ibi faciunt fidem in iudiciis: & certè à contrario sensu huius regulæ, videtur quod nullus etiam in partibus potest iudicare secundum Regulas Cancellariæ, ex quo non sunt signate prout hic dicitur. Et certè crederem quod si unus vellet expendere, oportet habere mandatum Papæ speciale, circa hoc dirigendum Vicecancellario, quod si videret easdem regulas dandas: & transmitteret sub plumbio ad partes: quia ista regula non datur potestatem illis de Parco vel Vicecancellario, nisi hic tantum. idè non esset 7
 argum. tenere, quod sententiæ lata in partibus vigore regulæ Cancellariæ quantumcūq; valeret, per prædicta, junctâ ista regulâ: & interrogavi aliquos Abbreviatores huiusmodi de hac questione: & quia non habebant in suo Repertorio, vel Formulario insumptum, nesciverunt mihi respondere: sed credo quod dixi. Vidi tamen Regulam Cancellariæ in plumbio, videlicet illa per quam Papa revalidat litteras gratiæ, vel iustitiæ super accessibus, quæ est duodecima supra, absq; commissione Papæ licet ista regula loquatur in Curia: facit quod dicit Bartolus in l. cum prolati. de re iudicata. referend. Joannem And. in cap. quod translatione de offi. leg. sed tunc esset dubium, an illa faceret fidem in aliis causis: & credo quod sic, per præmium regularum, & per ea quæ ibi dixi. Verum tamen cogitandum esset. Tamen hoc crederem verum, quando ista regula iustificata, quæ communiter non habetur etiam in partibus, alias si committitur ab aliis haberetur, & testes maxime curiales dicunt quod viderunt eam prædictam, & sic secundum eam sententiari, credo quod in partibus valeret sententiæ argumentum regulæ, ibi, faciliter per eos qui in Ro. curia &c.: & ibi in ipsa curia &c.: & ad hoc faciunt notata in cap. pastoralis de fide instr. & in l. cum prolati ff. de re iud. per Bar. & si dicitur in partibus, quod non est data in curia, eisdem dicitur in cum bis non probandi l. 2. ff. de probat. maxime cum reperitur inter alias prædicta, præsertim hoc tempore, quia sum impressæ regula in præsentia Principis, in præsentia non presumitur aliquid fraudulenter actum, argument. leg. omnium Cod. de test.

Et pondero istam regulam: quia etiam loquitur de aliis Constitutionibus extravagantes, & idè, quo ad extravagantes, crederem distinguendam, prout text. & gloss. & dicitur in cap. pastoralis de fide instr. Bart. in l. cum prolati ff. de re iud. & dicitur in l. leges sacratissimæ C. de legib. in l. omnes populi. per Bart. ff. de iur. iur. quod etiam si non sit incorporata vel bullata, si tamen est notoria, quod sententiata contra eam esset nulla, ut in extravag. execrab. ponit autem Abbas exemplum, ut supra alias deberet Papa consuli: de me remitto ad prædicta loca. tamen in Curia videtur, quod fieret in forma hic inserta producitur eoram iudice etiam extravag. quia illi potest haberi recursus ad Cancellariam, ut vult præmium hic, alias non valeret sententiæ, ut hic dicitur & supra etiam dixi.

Item ponderandum est verbum hic, regulis & constitutionibus &c.: ex quo arguendum, quod cum Papa mortuo etiam regula sua dicantur mortuæ, ut in

proemio regularum: quod etiam si unus indigeret tempore huius Pontificis una regula Cancellarie de tempore SIXTI vel PAULI, quod non haberet locum, quod hic dicitur quia iam non est regula ex quo mortuus est Papa, ut dixi: tamen in hoc distinguendum arbitror, quia si causa pendebat tempore PAULI, quae potest decidere per unam regulam PAULI, tunc quoad illam causam, illa regula semper vivit. Idem potest allegari & produci sine metu falsitatis, ut dicit Bald. in l. ff. de fal. & Ioan. de Imol. hoc tenet latissime in c. 1. de confit. & allegat auth. ut cum de app. cognoscitur col. viii. in prin. & §. 1. & sic deberet hodie fieri in Curia per Cancellariam, sed non potest fieri super una regula Calix. hic valde alterari: & sine nova commissione Papae per litteras nunquam potuit haberi. & ratio est: quia est mortua, ut dixi, sed certe male sic ex illa illa lex quoad casus praeteritos non est mortua, per praedicta, sed aliter dixerim sunt quidam tamen habuit unam commissionem in favorem scholastici Borgen. curia huius, & bene: & sic nescio nunc quomodo fieret.

Et non curo referre hic, qui dicatur Abbreviatores de Parco majori, & de minori, sed sciendum quod Parcus ci: vel Parcum ci, est temperamentum: unde dicit Solusianus Catilinaria, quod Romani in sacrificijs Deorum erant magnifici, & domi parvi, id est temperati quoad iudicium, ut non excedant metas supplicationum & Regularum & sic infero quod male dicitur, parcus, id est, avarus à vulgo: quia parcus dicitur temperatus, & avarus est qui tenet tenenda, & non tenenda ut dicit glos. in c. ex parte, de consue. qui ponit definitionem avari & prodigi, & largi, melius quam viderim de iuramento. sed non ponit de parco.

Vnum tamen non omitto notare hic quia tenor constitutionis siue regule potest probari per testes: & hoc clare dicit proemium huius regule: & licet Io. Andr. in memorialibus in regula Nemo potest, videtur dicere contrarium, tamen de iure hoc communiter tenetur, & hoc sufficit ad hoc decisi. Rotæ 244. quæ incipit, Temporalis Constitutio siue statutum.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

APud varietate temporum) Solent enim Regulae plerumque mutari, dum Pontifices posteriores Regulis decessorum aliquid addunt, vel minuunt, nisi sic exigente, quemadmodum multifariam factum fuisse ad nostra usque tempora passim in his commentarijs ostendimus. Idem ne super hac mutabilitate, & diversitate dubium oriretur, merito per hanc Regulam ordinatum sunt, Regulas Cancellarie nullam fidem facere, nisi ex fonte Cancellarie, & ex mandato Vicecancellarij impetrarentur, & in iudicio producerentur, id quod iuxta formam hic statutam; alias enim non ligarent, etiam si in iudicio essent milles allegatae juxta com. DD. sententiam, Filij in cap. 1. nu. 11. de Rejud. Cassan. dicitur.

in 7. super Regulis Fran. Pavin. in Prælad. extravag. col. 3. vers. Quidam verò ex eis. ¹⁴
 Gomf. ad Proem. Reg. q. 2. sub fin. vers. Non obstat. quibus in locis qualdam di-
 cant esse Regulas de dandis, quæ faciunt fidem extra curiam, prout sunt, et sic
 eodem Gomefio, omnes ferè judiciales, quæ habent decretum irritans, & istæ
 fidem faciant extra Curiam, dantur sub plumbo (ut aliqui volunt) in forma
 bullarum, præmissa supplicatione ad Papam; quod & probat Decius
 in l. 74. Si. cers. pos. nam in Curia sufficit quod dentur per Vicecancellariã,
 vel Regentem Cancellariæ, sine speciali mandato Papæ, cum subscriptione tam-
 en duorum Abbreviatorum ut in hac Reg. statuitur, & notat idem Pavinus.
 Regula semel in iudicio producta in Curia ad instantiam alicuius, potest po-
 tior ad illius vel alterius instantiam pro quacumque causa repeti, habita de hoc ¹⁵
 Notario producente, idque ut evitentur expensæ, & circuitus. hinc vi-
 demus consuetudinem semel in uno iudicio probatam, in altero inter cives ejus-
 dem territorij produci posse, fidemque facere Math. Colerus tractat. de Proesib.
 cetera. part. 1. cap. nu. 36. & 37. Quædam verò sunt, quæ non sunt de dan-
 dis, id est, quæ non solent partibus potentibus dari, seu concedi, utpote quæ ¹⁶
 dantur normam solis Officialibus Cancellariæ, quoad expeditiones literarum, quæ
 non sunt expeditæ juxta illarum normam, remittuntur ad Cancellariam corri-
 gendæ, & istæ non faciunt fidem extra Curiam. Ex his igitur percipis ea omnia
 quæ longo sermone contexit hic noster Alphonsus.

Sententia lata) Quod sententiæ latae contra Regulas, si non sint produ-
 ctæ substantiæ, plerique omnes adstruunt qui in hac Reg. sunt commentati.
 Nam licet plerique Regule habeant verba illa in fine posita, nullius sint ro-
 tæ vel momenti vel similia, quæ alias nullitatem ipso jure inducunt, & sic
 non sine partis objectul. quis in carcerem ff. quod met. causal. Si quis Semproniu
 ff. de hered. instit. c. novit cum glo. fin de his quæ sunt à Prælat. tamen in casu
 de stylo Rom. Curia requiritur quod excipiat de Regula, de quæ illa de-
 clarat, illaque in iudicio producat. Nam verba illa seu decretum irritans in
 Reg. appositum, habet tacitam conditionem, videlicet si is cuius favorem respi-
 cit, non voluerit. & eleganter §. 1. cum glo. in verb. Nullam ff. de dolo Calder. cons.
 de Tranf. Prælat. post. med. Rota decis. 427. col. 2. limitare tamen quicquid noster
 graphus dicat, ut non procedat in Regulis notis & visitatis quæq; vel per
 probatos comprobari possunt, vel per Codices Regularum in Urbe impressos
 per nos. Alphonsi hic supra nu. 8. in fine. Hinc placitum extat Senatus Ampli-
 sabaudicæ, quo indistinctè definitum sufficere Regulas Cancellariæ allega-
 tæ non proferantur sub plumbo, Ant. Faber lib. 4. Definit. forens. definit. 15.
 ff. ames. consil. 226. de prabend. nu. 6. vol. 1. Placitum autem in supremæ Curia
 Sabaudicæ est ejusmodi: Qui veteres Romane Cancellariæ Regulas allegat non
 est attendendus, ut eas sub plumbo, quod a jure, exhibeat: quia sunt notoria Sen-
 natui,

natui, qui secundum eas tam sæpè pronuntiavit, ut earum aut fides, aut substantia revocari non possit. Nec quod in singula lustra mutari possunt, quicquam facit, cum non eo minus observari videamus, ut sint perpetuæ. Itaque quicquid rectas aut immutatas dicit, id ipsum probare debet l. 3. & 22. ff. de Probat. in Senatus Sabaudie apud Anton. Fabrum. lib. 4. tit. 15.

Quoad extravagantes) Idem post Fran. de Pavinis dicto loco, probat Mandos. hic. & Comel. in Proem. Regul. quest. 5. in fi.

*Argumenta in Reg. XXVII. INNOCENTII VIII.
que est PAULI V. XXVIII.*

1. Verus intellectus huius Regule quis sit? & nu. 34.
2. Mortuo uno ex colligantibus, non potest fieri collatio, vel provisio illius beneficii alteri, quousq; finiatum primalis.
3. Decretum irritans si ponatur in iure comprehendit Papam, & nu. 36.
4. Altero ex colligantibus mortuo, potest alteri fieri collatio lite non finita si Papa in collatione, vel surrogatione litis mentionem fecerit.
5. Lis mota super beneficio, an finiatum morte colligantis, an verò per sententiam.
6. Lis finitur per iuramentum, & per renuntiationem litis.
7. Lis non dicitur pendere quando superstes destitit à lite.
8. Facto ostendimus voluntatem nostram sine verbis.
9. Auditores Rotæ non habent jus statuendi in Curia in præsentia Papæ.
10. Surrogatus in iure & ad jus, videtur surrogatus quo ad possessionem, si fiat mentio possessionis.
11. Impetratio facta lite pendente, non facta mentione de lite, non vult; limita, ut ibi.
12. Per lapsum triennij an lis censetur finita.
13. Hodie in Curia lis nunquam censetur finita, nisi per sententiam, limita ut ibi, & nu. 41.
14. Lis dicitur pendere quo ad collationem per citationem factam in Curia ad dicendum contra commissionem. & nu. 41.
15. Item per appellationem extrajudicialem in partibus legitime nominatam.
16. Homicida potest renunciare suo beneficio non obstante alterius impetratione, & nu. 41.
17. Secus si sit alius, cujus beneficium vacabat ex alio delicto inducente vacationem ipso iure.
18. Familiaris Cardinalis litigans si moriatur, colligans consentum Cardinalis obtinere non tenetur.
19. Anfractus quid?
20. Intrusus quis dicatur.